



QUÆSTIO XIV.

Quare cum illi boni patres sua providentia potuerint abscondere puerum Aaron ne periret in flumine, non valent abscondere puerum Moysen?

117. A It noster Text. Natus est Moyses gratis Deo, mense in domo patris sui tribus mensibus. Exod. 2. n. 2. dicitur, quod mater ejus abscondit tribus mensibus quia, ut scribit ibi Lyran. Refecerat statuum, quod in tribus mensibus semel scrutaverunt Aegyptii domos Hebræorum, ne pueri ibi essent absconditi, & ita juxta Regis mandatum pueri in fluvium projicerentur. Hac lege tamen non obstante boni parentes potuerunt abscondere filium suum Aaron sua bona diligentia, ne periret, cur etiam eadem solertia, & modo secundum filium natum Moysen non abscondit, quid habuit puer hic Moyses, cui nisi Deus peculiariter providentia subveniret, absque dubio demergeretur in flumen, & periret?

118. Natus est Aaron, & tamquam communis, & vulgaris homo apparebat, non sic Moyses, qui eximium, & altum sui specimen præbebat: ait Textus: Exod. 2. quod mater ejus videns eum elegantem abscondit, Chaldaeus bonum, Pagninus pulchrum. D. Chrysof. gratum Deo, ita ut de eo scribat Rupertus lib. 1. in Exod. cap. 8. Brevis, & parca loquens Moyses de semetipso dixit infantem se esse elegantem, & re vera tanta fuit elegantia, quanta divinum splendorem præsignari decebat. Puer Moyses in facie ostendit se magnum, ac præclarum præ cæteris futurum, indeque nulla humana diligentia, sed tantum divina ab imminente periculo liberari potuit, ne immerfus in flumine periret; nam proprii ingenii, ac virtutis fulgorem, ut interimit, Apostoli à militum Magistratu adducuntur in Synagoga Concilium, Actor. 5. n. 26. & ad mortem non damnantur: At Stephanus ex Concilio rapitur ad lapides, quænam hujus rei causa? Eam sacer assignat Textus, Act. 6. n. 10. Invenies eum omnes, qui erant in Concilio, viderunt faciem ejus tamquam faciem Angeli, quæ, ut jam ex D. Augustino in loco dixi, tanto splendore iniquorum animos accendebat in ira, & odio, ut ad lapides recurrerent.

119. Secundo urgente Regis edicto puer Moyses ponitur in Ripa fluminis, ut imber ab aquis absorberetur. Considera supremum, & altum Dei consilium, ut rectè ponderat D. Chrysof. homil. 14. in Act. ubi sic ait: Semper quæ videntur esse contra nos pro nobis sunt. Hoc mirabile est, quod non per ea, quæ videntur securitatis esse, sed planè per contraria omnia pro nobis sunt. Iussu Pharaonis projecti in flumen pueros; nisi pueri fuissent projecti, non fuisset servatus Moyses, non in Aula educatus fuisset, quando expositus est tunc factus est in honore. Impius Tyrannus ad supprimendum, ac immergendum puerum, in fluvium mandat immergi: at alta Dei providentia, id quod erat mandat ad interitum, ordinat ad salutem, vitam, ac exaltationem. Quando expositus est, tunc factus est in honore. Si non fuisset expositus, nunquam Regis filius fuisset habitus, & ut talis in regali aula educatus, atque instructus in omni Aegyptiorum sapientia: solet Deus de majori tyrannorum furore suis salutaris vias educere.

120. Urgente Nabuchodonosoris mandato tres illi Sancti pueri, ut erant vestiti in ardentem fornacem immittuntur: Confestim viri illi vinciti cum bracciis suis, & ictibus, & calcamentis, & vestibus missi sunt in medium fornacis ignis ardentis; nam fessio Regis urgebat Daniel, 3. 21. Regis imperium vehementer instabat, ut confestim absque ulla dilatione in ignem projicerentur, ita ut non daretur spatium, ut Deus per tyaræ à capitibus, vestimenta à corporibus extraherentur, sed tantum vinculis ferreis abirent in ignem. Furibunda, ac tyrannica Regis mens sua fervere ferre ira rapiebatur, ut pueri temporis momento ab igne devorarentur. At ipsum Regis furorem Deus in illo Theod. Theodoret, valde eleganter ibi. Ita devincti Sancti illi in ignem coniecti sunt, & ille quidem celeritatis, ac brevitate causa ipsos ita comburi præcipit: Divina vero gratia aliud hinc moliebatur mysterium, nam circumvincta illis ferrea vincula usitato more ignis natura dissolvit; indumenta autem, quæ admodum facilia ad comburendum erant, integra, & illasa conservavit.

ter instabat, ut confestim absque ulla dilatione in ignem projicerentur, ita ut non daretur spatium, ut Deus per tyaræ à capitibus, vestimenta à corporibus extraherentur, sed tantum vinculis ferreis abirent in ignem. Furibunda, ac tyrannica Regis mens sua fervere ferre ira rapiebatur, ut pueri temporis momento ab igne devorarentur. At ipsum Regis furorem Deus in illo Theod. Theodoret, valde eleganter ibi. Ita devincti Sancti illi in ignem coniecti sunt, & ille quidem celeritatis, ac brevitate causa ipsos ita comburi præcipit: Divina vero gratia aliud hinc moliebatur mysterium, nam circumvincta illis ferrea vincula usitato more ignis natura dissolvit; indumenta autem, quæ admodum facilia ad comburendum erant, integra, & illasa conservavit.

Tertio D. August. ferm. 86. ait: Compotens processit divina vindicta, ut suis à steribus puniretur Pharaon, & Moyses pro aliis erudis erueretur. Notanter expende verba, Pro alijs erudis erueretur. Alta Dei providentia ad populos ex captivitate, ac multis periculis erudis ordinabat Moyses, inde providebatur, ut ipse prius à periculis eratur, ut ipse facilius, & valde promptè alijs exhibeat, quod ipse tam mirabiliter ex Dei benignitate receperat.

Prima Corinth. cap. 15. n. 14. ait Paulus: Si Christus non resurrexit vana est fides vestra, adhuc estis in peccatis vestris. Si Christus à mortis vinculis per gloriosam suam resurrectionem non est erutus, adhuc nos non sumus à peccatis liberi: Atqui ante resurrectionem præcessit mors Christi, qua copiosissime fumus redempti, & ab omni malo liberati, cur adhuc requiritur resurrectio Christi, ut à peccatis sumus justificati, ut idem Apostolus ait: Rom. 4. n. 25. Resurrexit propter justificationem nostram. Ad quod dicimus, quod Christus D. in sua resurrectione tamquam in termino posuit, & absolvit complementum sui muneris, ac meritum, quæ tam magnifice surrexit ad gloriam, ut nos quoque cum illo ad gloriam resurgeremus, ad quam tota nostra justificatio fuit ordinata, & quemadmodum ille resurgendo liberatus, ac erutus est ab omni malo, ac corporis infirmitate, sic, etiam nos per nostram resurrectionem liberati, ac erutos fecit. Theophyl. ait: Mortuus igitur est Christus, & exciuit à morte, ut à pravitate nos facinoribus eruat, ac justos reddat, sicut ipse erutus est à corporis infirmitatibus, sic ipse abundantissime nos eruit ab infirmitate corporis, & animæ.

QUÆSTIO XV.

Quare Pharaonis filia puerum Moysen vagientem in filium adoptavit?

A It noster Textus: Quem filia Pharaonis sustulit, & adoptavit in suum, quod latius describitur, Exod. 2. n. 6. Cum filia Pharaonis vidisset fiscoel. Exod. 2. lam, aperiens, cernensque in ea parvulum vagientem, ejus commiserata in filium puerum ipsum adoptavit, circa quæ multa adducunt Expositores ad citata verba Exodi: In quo ostenditur singularis Dei providentia erga suos. Primo expendo Parvulum vagientem, seu lugentem; Septuaginta sistentem, pro quo audiendus est D. Gregor. Nyssenus de vita moysis, ubi ait: Videmus re ipsa si quis turbini, ac procellis humana vita resistit, nec se obrui patitur, eum à corrupta hominum societate, ac vita tanquam onus grave rejici, atque repelli, quam qui effugit, vagitum imitatur Moyses, nec lachrymis parcat: lachryma enim fidelis quadam onus est eorum, qui veram quam virtutem. Quem nec parentes, cognati, amici

Chald. Pagnin. D. Chrysof. Rupert. Splendore virtutis eximitur imitatur mica malitia. Actor. 5. Actor. 6. Quod inimicus molitur ad pernam Deus vertit in gloriam. Dan. 3.

121. D. August. Affectus misericordiam facile misereatur. 122. 1. Cor. 15. Amale liber facile a lios liberat. Theophyl.

Lachryma custodiunt, & exultant. Damian. amici poterunt à morte custodire, ac liberare, unius pueri vagitus, ac plangens ipsum custodivit, incolumentumque servavit, ac, ut filius Regis fieret, exaltavit. De lachrymis ait Petrus Damian. lib. 13. de perfect. Monach. c. 12. Lachryma in conspectu pii judicis supplicanti, nihil habent, sed sic misericordiam tamquam rem quamlibet proprijs juribus sibi vendicant, & impetrare se quod petierant, confidenter exultant.

124. Secundo, altissima ponderatione dignum, quod puer in ripa fluminis expositus ab omnibus destitutus, à nemine ex suis parentibus notus assumatur, ut nutriatur in aula regali, foveatur in Regina sinu, ut filius Regis multis donis, ac beneficiis veneratus, & ab omnibus ut Regis filius, ac regni hæres ita reverenti cultus, ut inter sapientes, & doctos multa cum sapientia proficeret; & tamen divina providentia d sponit tantum puerum totius Aegypti depalatore, ac ipsius Pharaonis futurum flagellum, & talis domus destructorem, & interemptorem, Sic sæpe fit Dei ordinatione ad majorem Regum pecnam, ut, ab his, quibus majora impendunt beneficia, majora damna recipiant, & beneficia collata adversus Regem ipsum armentur; quod egregè expendit Lippomanus, ubi sic ait: Ipsum inter Regiam aulam educari oportuit; intra aulam proficere commodius potuit scientia rerum multarum ob consortia sapientum, experientia rerum omnium; auctoritate quoque crescere, vel ut adoptivus filius Regina, & potentia rerum agendarum; sic igitur parabat in Rege contra Regem volente Deo. Impense expende verba: Sic parabat in Rege contra Regem, sic ut filius Regis adoptivus, multis donis, ac honoribus ditatus, sapientia, auctoritate, & potentia auctus parabat in Rege contra Regem. Et sic valde frequenter fit, ut plurimi multis beneficiis locupletati parentur à Rege contra Regem.

125. Tertio D. Macharius homil. 9. ait: Cum Deus Moysen prænasset & præordinasset futurum Ducem, & Redemptorem populi, effecit, ut adoptaretur à filia Pharaonis. Cur Domine puerum hominum fervorum, ac captivorum ad tantam elavas dignitatem, ut filius Regis habeatur? Poterat facile fieri, ut à quodam piscatore, vel vili homine inveniretur, & custodiretur in vita: alta Dei providentia disponit, à filia Regis inveniri. Elegerat Deus puerum, ut præfectum, ac Ducem populi sui, & altè providit, ut viles natales, quos dederat natura deponere, & nobiles, regalesque parentes per adoptionem compararet, ne absque nobilitate Reipublicæ regimini ei deferretur, unde ait Ecclesiastes 10. n. 17. Beata terra, cujus Rex nobilis est. Septuaginta: Cujus Rex tuus filius ingenuorum. Venet. S: Rex tuus fueris filius nobilium. Vatablus: Filius candidorum. Alius legit: Rex natus ex clarissimis, ad auctoritatem, & reverentiam regnantis multum facit auctoritas generis. De muliere illa forti dicitur: Nobilis in porta vir ejus. Proverb. 30.

126. Vilis in principatu valde durus, & asperus, & ideo populo exprobrat Jonathas filius Gedeon: Constatisti Regem Abimelech filium ancilla, Judic. 9. n. 18. qui 70. fratres interfecit, ut regnaret, ut ponderat D. Thomas de Regim Principis cap. 19. ex Aristot. dicens: De vili loco assumpti ad Principatum, ut plures ledunt poliam, & laferunt aliquando Chalcedoniam juxta illud Poeta: Asperius nihil est humili cum surgit in altum. Econtra verò nobilis in sublime valde lenis, & suavis est, ut optime probat Joseph ex illustri prosapia Abraham, Isaac, Jacob prognatus suo exemplo, qui fratres, à quibus multa mala susceperat, benignè, leniterque suscepit, Genes. 45. n. 5.

Quarto puer Moyses erat elegans, ac pulchra facie, ejus elegantia Principis animum multum devinxit, ac ad pietatem, clementiamque attraxit, & cum rectè sciret, ut ipsa fuit testata: De infantibus Hebræorum est, & edictum Regis urgeret de enecandis Hebræorum pueris, oraculumque extaret nasciturum quendam Hebræorum puerum, à quo Aegyptiorum populus delendus esset, tanta nihilominus erat pueri pulchritudo, ut eam compelleret puero subvenire, & à periculo liberare.

Ait Zacharias Propheta cap. 11. n. 7. Assumpsi mihi duas virgas, unam vocavi decorem, alteram vocavi funiculum. Se præparat tamquam ad exendum in prælium, ut valeat placidè, & quietè pacere suum gregem, & quænam ad hoc præparat arma? virgas ferreas, vel gladios? minime; sed tantum decorem, ac funiculum, quia ubi decor apparet statim est injectus funiculus ad vincendos, ac attrahendos animos: Pulchritudo, ac elegantia magis devincit ac subjugat, quàm quæcumque bellica instrumenta: Origenes homil. 20. in Numer. ait: Formas vincit armatos, ferrum pulchritudo captivam, vincuntur specie, qui non vincuntur prælio.

Et maxime, quia ista pulchritudo in puero Moysese proveniebat veluti ab interno ex peculiari Dei gratia, qua eum ad magna, & alta disponebat. Exod. 2. n. 2. Videns eum elegantem. D. Chrysof. legit gratum Deo ob multa bona opera, quibus præparabatur ad servendum Deo: illa autem elegans, & magna pulchritudo, quæ ex gratia futura erat, in anima illa jam elucebat in exteriori. Dicitur Genes. 24. n. 16. Ecce Rebecca egrediebatur... puella decora nimis, virgoque pulcherrima, incognita vero. Notantur bis dicitur Rebecca pulchra, semel puella decora nimis, & iterum virgoque pulcherrima, simul & bis ejus virginitas declaratur his verbis: Virgoque pulcherrima, & incognita viro, & qua de causa bis dicitur Virgo, bisque decora? Ut ostendatur quod pulchritudo illa exterior multum ab interiori puritate dependebat, ac virginitate; maxime augetur corporis elegantia ex animi candore, ac proinde toties dicitur pulchra in exteriori facie quoties Virgo, & pura in interiori, maxime una dependet ab altera, unaque sine alia non bene relucet. Ad hoc tendit D. Chrysof. tom. 6. homil. Quales ducenda sint uxores, & ait: Quid mihi naras in Rebecca pulchritudinem corporis? Ut discas insignem ejus pudicitiam, ut discas animi pulchritudinem: suscipienda namque res est ipsa pudicitia, sed magis etiam si conjuncta sit cum egregia specie. Ubi Sanctus Doctor considerat in Rebecca pulchritudinem corporis cum animi pulchritudine, pudicitiam cum specie.

Actor. 7. n. 24. Et cum vidisset quendam injuriam patientem, vindicavit illam, & fecit ultionem ei, qui injuriam sustinebat percusso Aegyptio. Num. 25. Existimabat autem intelligere fratres, quoniam Deus per manū ipsius daret salutem illis: at illi non intellexerunt. Num. 26. Sequenti verò die apparuit illis litigantibus, & reconciliabat eos in pace, dicens: Viri fratres estis, ut quid noceris alterutrum. Num. 27. Qui autem injuriā faciebat proximo, repulit eum dicens: quis te constituit principem, & judicem super nos? Num. 28. Nūquid interficere me tu vis, quæ admodum interfecisti heri Aegyptium.

127. 128. 129. 130. 131. 132. 133. 134. 135. 136. 137. 138. 139. 140. 141. 142. 143. 144. 145. 146. 147. 148. 149. 150. 151. 152. 153. 154. 155. 156. 157. 158. 159. 160. 161. 162. 163. 164. 165. 166. 167. 168. 169. 170. 171. 172. 173. 174. 175. 176. 177. 178. 179. 180. 181. 182. 183. 184. 185. 186. 187. 188. 189. 190. 191. 192. 193. 194. 195. 196. 197. 198. 199. 200.